...atan.
...anea.
...ingenuis
...amy
O.

9.
2.

...si est mala ten-
...exuta a corpore et sic
corporis vel similitudo
...quod similitudine corporis
...est locus et regio
...eorum omni corpore et omni
...anima localis non
ubi est similitudo corporis
...orum est excellen-
...tiam anima exuta
...ico atque dampna-
...per ubi Augustinus sonat
...locus corporalis sed simili-
...est loco/ cum ergo anima
...loquitur non sit corporalis
...corporum quod recedunt
...remanent apud nos
...quo patitur anima se-
...licet est similitudo corporis
...eo. xii libro dicens/ tamen
de hoc corpore exierit
...non puto spiritualem esse
/ et subdit quod [illegible]
...loca penalia similia
...videntur nobis videre
...sunt et dampnatos
sic se habens in ipsa per
est similis corporis/ vel ex
similes corporum/ videtur ergo quod
...infernum qui sit locus
...Augustinus ... libro
...sepe demonstrata sunt
...bus et iacuerit aliter
...et infernales pe-
...ipsis gererent similes
ferri et talia similia
...anime esse corpore
corporalium membrorum/ quod patet
se ambulare vel sedere
volatu ferri quod sine
sit/ et subdit quod primos
...eos gerit anima non [illegible]
...tur esse non corporalis [illegible]
...a dolorem [illegible]

perire et voluntatem/ nulli enim dubium est quod lapi-
nes et materia sed similitudo lapidis. ut magis dementia videt(ur)
ergo pinellum et agnitionem potest apud se anima habere simi-
litudinem/ sic etiam multo magis putat ad ipsos spectat
post hanc passionem et penitentiam anima peccatrix
et mala que sic est affecta corpori et corporalibus rebus
ut quasi se corporalem contingat/ ut patet de illo divite
qui positus in inferno dicebat quod pater Abraham
sineret Lazarum intingere extremum digiti sui in
aquam et refrigerare linguam eius quia cruciatur
in illa flamma/ constat autem divitem illum positum
tunc fuisse in inferno sine anima non sine corpore/ et tamen
sic loquitur ac si haberet linguam que est res corporalis
et propter refrigerationem petebat aquam que etiam res corporalis
est/ quod ergo anima divitis videtur sibi linguam habere ideo
contingit potest quia ipsa erat allecta et affecta ad
res corporales ut videretur sibi habere corporalia organa et ha-
bere linguam/ sed ergo anima divitis dicebatur habere linguam
licet non poterat quia illa erat corporalis/ poterat tamen esse similitudo
corporis habebat enim illa anima apud se similitudines corporales tales
adeo affecta ita loquebatur ac si haberet corporalem linguam
/ sed non linguam divitis illius non poterat esse corporalem sed similitudo corporalis
/ pari ratione ut videtur flamma illa in qua cruciabatur
non erat corporalis sed flamma illa erat similitudo ignis
inferni vel loci infernalis [illegible] ut videtur quod infernus
vel infernalis locus non sit corporalis sed similitudo corporalis/ quod anime
ibi existentes non veras penas patiuntur sed similes
penarum/ huic etiam [illegible] videtur Augustinus quod et in sompnis
nis ubi non sunt corpora sed similitudines corporum visiones sunt
ut/ anime veras penas et vera gaudia sentiunt
/ in quo multotiens quis sompnians dolet se a sompno evigi-
lasse eo quod erat in gaudio/ et multotiens quis a somp-
no evigilans timet rursus obdormire ne eos-
dem rursus inveniat [illegible] existat/ licet quod Augustinus ait
libro eodem [illegible] quod quamvis non sint corporalia sed similia corporalibus
quibus anime exute a corporibus afficiuntur vel sunt tamen
in vera leticia et vera molestia/ sicut patet in sompnis in
quibus multum interest utrum in letis an tristibus sint
/ et subdit quod quidam in sompnis in rebus quas concupi-
verat constitutum se evigilasse doluit/ et rursus
quidam in sompnis gravibus terroribus atque cruciati-
bus exagitati atque vexati cum expergefacti sunt
dormire timuerunt ne ad eadem mala revoca-
rentur/ sic ergo in sompnis ut quis [illegible]

Uq. 19, 2

Quod & bene vertat Omnipotens,

DISPUTATIONEM JURIDICAM,

DE

# TESTAMENTIS ORDINANDIS,

Approbante Ampliſsimo, in Inclytâ Salanâ, ordine JCtorum,

SUB PRÆSIDIO

*Viri Clariſsimi & Excellentiſsimi*

DN. ERASMI UNGEPAUR J. U. D.

Públici exercitij gratia proponit

BRUNO Stiſſer Hala-Saxo.

*Ad D. IIX. Cal. April. in Audit. JCtorum.*

JENÆ

Imprimebat Johannes Weidner.

ANNO cIↃ IↃC XIV.

15

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-594019-p0003-6

*Magnifico, Ampliſs.° & Conſultiſs.° Viro,*

# Dn. Chiliano Stiſſero, J. u. D. &

## Rever.mi Archiepiſcopi Magdeburgenſium Cancellario, Parenti meo æternùm venerando.

*ÆTherea per quem vitai veſcimur aurâ,*
*A quo vitai ducimus omne bonum,*
*Per quem doctrinæ melioris ſemina, per quem*
*Et quod adeſt, id adeſt, quodq; erit, illud erit,*
*Si non hunc animiq; colam, capitisq; labore,*
*Alma, diem, & ſcribat, Gratia, jure dicam.*
*Quod ſi me adſpiciat felix ea copia, dignum*
*Se, pater, atq; ſuo munus amore ferat.*
*Nunc, quia rem fortuna negat, pater optime, mentem*
*Filius, æternâ cum pietate, ſacrat*
*Argumenta rei prima hæc libamina legum,*
*Quæ Themis, atq; ætas qualia cunq; dabant.*
*Ut Themis adjiciet, vel ſors, meliora, vel ætas*
*Grata etiam dabit hæc mens meliora patri.*
*Nunc æqui pignus faciet levidenſe, measque*
*Pierides patriâ porrò animabit ope.*

Pro filiali reverentiâ & pietate teſtificandâ

Autor.

# DE TESTAMENTIS ORDINANDIS.

## *THESIS PRIMA.*

TRia eſſe juris univerſi civilis objecta, circa quæ illud occupatum eſt, perſonas nimirum, res, & actiones, tum ſtatim cognoſcimus, quando prima juris rudimenta primo à limine ſalutamus.

II.

Inter illa tria objecta etſi primas ſibi vendicet ultimũ, id eſt, actiones, non minor tamen vel utilitas, vel neceſſitas reliquorum eſt, quod nimirum ex illis omnis oriatur actio, & circa illa exerceatur.

II.

Et perſonarum quidem diſtinctio in ſervos & liberos, eorumq́ue, ſive ſui juris exiſtentes, ſive hinc à tutorum illinc à curatorum autoritate pendentes ac nutu, οὐδὲν πρὸς ἔπος, illud, cui intenti ſumus in præſentiâ.

IV.

Rerum autem tradunt JCti partim diviſionem, partim acquirendum dominium.

V.

Quod dominium cum non uno modo acquiratur, nos de illo delibaturi quædam in præſentiâ, qui ex jure civili deſcendens, illorum bona quos Libytina ſacravit, & ea quidem univerſa, ſupremâ illorum volũtate, nobis aſignat, id eſt, de Teſtamentis.



Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-594019-p0005-8

VI.

Non ita quidem, ut velimus omnia huc referre, quæ ad hoc aliàs longè latèque patens argumentum pertinent: Ea tantum, quæ ad condenda teſtamenta, ita quidem, ut jure ſubſiſtant, neceſſaria ſunt, breviter enumerabimus.

VII.

Rectè autem ab Interpretibus obſervatum eſt, licet ſolennitates teſtamenti ex jure civili promanarint, ipsā tamen teſtandi libertatem jurigentium acceptam ferri oportere. Quare multa paucis benè comprehendiſſe videtur *Cuj.in l.1.ff.qui teſtam.fac.poſſ.* dum dicit: Teſtamentum eſſe jurisgentium, teſtamenti verò factionem juris civilis.

VIII.

Etymologiam ab Imperatore Juſtiniano *in pr.Inſt.de teſt.ord.* traditam, quod nim. ſit teſtatio mentis, veram omnimodò eſſe dicimus: Duplex autem vocabulum eſſe, & ex eo teſtamentum appellari, quaſi vocabulum *MENTIS*, inſit verbo *TESTAMENTUM*, idque ex teſtatione & mente compoſitum reddat, negamus.

IX.

Definimus ergò teſtamentum cum Modeſtino ex *l.1.qui teſt.fac.poſ* quod ſit juſta voluntatis noſtræ ſententia, de eo, quod quis poſt mortem ſuam fieri vult.

X.

Dividitur autem teſtamentum in paganum & militare, paganum viciſsim in ſolenne & minus ſolenne, & ſolenne tandem iterum in ſcriptum & nuncupativum.

XI.

Id mihi ejusmodi eſſe videtur, ut perfectum & abſolutum teſtam.ſit illud, quod omnia requiſita comm.& omnes ſolennitates perfectè in ſe contineat: à quâ deinceps perfectione in quibuſdam teſtamentis propter circumſtantiarum varietatem diſcedi jura conceſſerint.

Primum

XII.

Primum quod attinet, duplex teſtamenti factio conſtituitur: Alia paſsiva, quā ii habere dicuntur, qui capere aliquid ex teſtamento poſſunt, licet ipſi aliis relinquere nequeant: Alia activa, quæ iis competere dicitur, qui teſtandi & de rebus ſuis ante obitū diſponendi habent facultatē. Et hæc omnium illorum eſt, quib. LL. eā concedunt, & qui nō prohibentur. Quod ſi E. conſtiterit, quibus ea copia interdicta ſit, facilè erit de cæteris, quibus ſit teſtamenti factio, judicare.

XIII. Ad ſolenne itaq; Teſt. etſi permulta requirantur, poſſunt tamen illa omnia ad duo præcipuè capita revocari, ex *l.4.ff.qui t.f p.* I. n. requiritur, ut Teſt. facturus Teſt. habeat factionem. II. ut ſiat illud ritè & ſecūdū LL.

XIV.

Teſtari ergò alios quidem poteſtas prohibet, in quâ ſūnt, alios defectus, & alios deniq; ſtatus.

XV.

Ob poteſtatem teſtari nequeunt filiifamilias, adeò quidem, ut ne patre conſentiente teſtamentum facere poſsint, *l.6.pr.ff.qui teſt.fac poſ.* exceptis tamen bonis caſtrenſibus & quaſi caſtrenſibus, & item illis adventitiorum, quæ caſtrenſibus æquiparantur, quæ nim. ſunt donata à Principe, *l.ſ.§ ſ.C de bon quæ lib l.7.C eod.* Illa v. ex adventitiis, quorum uſusfructus patri non acquiritur, relinquuntur ſub communi regulâ, nec poteſt de illis filiusfamilias diſponere, *l.pen. C qui teſt fac poſſ.*

XVI.

Ejusdem poteſtatis intuitu teſtari non poterant ſervi, *l.16.ff.qui teſt.fac p* & capti ab hoſtib. *l.8.in pr.ff.eod.* De monachis idem dicimus, *Auth.ingreſſi,cū ſeq.C.de SS.Eccl.* niſi ante monachiſmum teſtamentum fecerint, illud n. per ingreſſum monaſterii non rumpitur, *d.Auth.ingreſſi C.de SS.Eccl.*

XVII.

Defectus, ob quem teſtamenti factio interdicta eſt,

partim animi eſt, partim corporis. Priori modo teſtari prohibentur impuberes, *l.5 ff.qui teſt.fac.poſ.* mente capti, furioſi, *l.17.ff.eod.* & prodigi, *l.is cui 18.ff.eod.* ubi prodigum eum dicimus, cui à magiſtratu bonis eſt interdictum.

XVIII.

Ob corporis vicium prohibebantur olim mutus & ſurdus, niſi à Principe impetraſſent, *l.7.ff.qui teſt.fac.poſ.* Sed illa prohibitio noſtro tempore antiquata eſt, ita ut teſtari tali defectu naturæ laborantes nulla res vetet, dũ ille modus adſit, quem huic rei dedit Juſtinianus in *l.diſcretis 10.C.qui teſt.fac.poſſ.* Ad idem exemplum & cœcus teſtamentum facere poteſt, modò ſic faciat, ſicut in *l.hac conſultiſsima 8.C.qui teſt.fac.poſ.* facere juſſus eſt.

XIX.

Reliquos autem mentis compotes, etſi ægroti, valetudinarii aut ſenes ſint, teſtari tamen poſſe certi juris eſt, *l.ſenium 3.C.qui teſt.fac.poſ.*

XX.

Ratione ſtatus denique teſtari nequeunt obſides, *l.obſides 11.ff.qui teſt.fac.poſ.* & qui de ſtatu ſuo ſive errant, ſive dubitant, *l.15.eod.* De damnatis capitali pœnâ, an & illi hodie, ut olim, à teſtamenti factione arceantur, parum convenit inter eruditos. Quod ſi provocaverint, aut milites facti fuerint, eo caſu jus ipsũ ſine ambiguitate dubitationem tollit, & negando reſpondet, *l.13.§.f.ff. qui teſt.fac.poſ.* Si ſine hoc ſit, nos affirmabim⁹, *l.8.ff.d.t.*

XXI.

In eodem cenſu ſunt Excommunicati propter Hæreſin, *l.4.§.5. C.de hæret.& Manich.* ſimpliciter verò excommunicati, cum æquiparentur relegatis, teſtari poſſe cum communi aſſerimus, *Dauth.ſub rub.qui teſt.fac.p.*

XXII.

Et hæc de perſonis, quibus teſtandi jus eſt, pro inſti-

tuto

tuto noſtro attigiſſe ſufficiat. Venimus ad alterum caput, quod requirit, ut teſtamentum ritè fiat.

XXIII.

Ritè autem illud teſtamentum factum dicitur, quod ſecundum leges factum, id eſt, quod omnia ea ſolennia continet, quæ à lege præcipiuntur. Illorum enim ſi vel minimum abſit, teſtamentum velut ſuſpectum & falſum corruit, *l.21.v.in omnib.C.de teſtam.*

XXIV.

Cum enim ingens & præſens in hereditatibus ſoleat eſſe lucrum, cui homines variis artibus inhiant, munienda fuit teſtamentorum fides, ne falſitatis commentum incurreret, *l.f.C.de fideicommiſ.*

XXV.

Munitur ergò ſolennitatibus lege requiſitis, quæ quidem memoriæ causâ vel ad ipſam teſtamenti ſcriptionem pertinent, vel ad ſcripturæ confirmationem.

XXVI.

Ad ſcriptionem illud omninò neceſſarium eſt, ut heres aliquis nominatim inſtituatur, quod ſi ſuum heredem teſtator habeat, illum vel heredem vel nominatim exheredem facere tenetur, adeò ut ſi hoc poſthabitum deprehendatur, teſtamentum infirmetur quoad inſtitutionem, non v. quoad legata, *Nov.115.c.3.inf.*

XXVII.

Quia v. in pietate conſiſtit & conſiſtere debet paternũ imperium, non in atrocitate, ad exheredationem ſine gravi causâ non prorũpitur. In quo ne quid peccaretur cauſas ejusmodi habet Novella 115. quatuordecim, quibus alias addi poſſe, ſi vel graviores ſint, vel æquè graves, exiſtimamus.

XXVIII.

Quis aliàs inſtitui poſſit, vel non poſſit, cum non ſit hujus loci, omittimus in præſentiâ, & ad ea accedimus, quæ ad ſcripturæ confirmationẽ pertinẽt.

Ad

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-594019-p0009-4

XXIX.

Ad illam quamvis ſint plura neceſſaria, poſſunt tamē omnia tribus abſolvi capitibus.

XXX.

Primum eſt, ut teſtes ritè colligantur, ubi requiritur hoc, ut ſpecialiter ad hunc actum rogentur, *l.21.in pr. C. de teſtam.*

XXXI.

Licet a. in aliis actibus duo ſufficiant teſtes regulariter, *l ubi 12.ff.de teſtib.* in teſtamentis tamen præcisè ſeptem requiruntur, §.3. *In.de teſt.ord.* hodiè etiam, adeò quidem, ut uno ex illis teſtibus deficiente totum teſtam. corruat, *l.12 C de teſt.*

XXXII.

Quod a. non plures aut pauciores requirantur teſtes, ex eo eſſe videtur, quod prætor, qui numerum teſtium induxit, ad teſtamentum per æs & libram reſpexerit, in quo præter quinque teſtes cives Romanos totum Rom. populum in quinque claſſes diviſum repræſentantes, libripens etiam & familiæ emtor adhibebantur. Qui teſtandi modus cum tolleretur, ſublatus etiam eſt familiæ emtor & ponderator, in quorum tamen locum alios duos prætor ſubſtituit.

XXXIII.

Hic ſeptenarius teſtium numerus an ſit de formâ teſtamenti inter Dd. controvertitur, nos ſuo modo & affirmamus & negamus.

XXXIV.

Numerum tamen illum is etiam complere poteſt, qui teſtamentū ſcripſit, ſive is notarius fuerit, ſive alius quilibet, *l.28.ff.qui t.f.p.*

XXXV.

Adeò a. neceſſarius eſt ſolennis numerus teſtium, ut ne peſtiferæ quidem contagionis ſumma calamitas illū diminuere poſsit, *l.caſus majoris 8. C.de teſtam.*

XXXVI.

Quando v. ſolennitas hæc ſeptem teſtium à jure civili eſt introducta, *l.hac cōſultiſsima C.de teſt.§.ſed cū paulatim*

3. In.

3.*Inſt.de teſt.ord.* illam ſtatuto minui poſſe exiſtimamus, *arg.*§.*ſed naturalia.Inſt.de J.N.G.&C.*

XXXVII.

Unde illa enata eſt Q. an Teſt. alicubi conditum ſecũdum ſtatuta & ſolennia loci, in quo eſt conditum, ſe extendat ad bona alibi ſita? Quod affirmandum cum *Gail.* 2.*obſ.*123.*n.*3. cenſemus.

XXXVIII.

Alterum ad confirmationem ſcripturæ requiſitum eſt hoc, ut teſtes colligantur idonei & habiles, teſtimoniiq́; perhibendi jus habentes, *l.cum lege ff.qui teſt.fac.poſſ.*

XXXIX.

Sunt E. idonei omnes, qui non prohibentur. Prohibẽtur a. ob ſtatus conditionem ſervi, *l.*20.§.*ſervus.ff.qui teſt. fac.poſ.* niſi in ipſo teſtandi actu pro liberis habeantur, §. *ſed cum aliquis.*7.*In.de teſt.or.* manet n. firmum Teſt. etſi poſtea ſervum eum fuiſſe apparuerit.

XL.

Ex quo obiter illud conſtat, conditionem teſtium ad ipſum Teſt. tempus exigendam eſſe, etiamſi alia illorum conditio, quo tempore obit teſtator, deprehẽdatur, *l.*22. §.1.*qui teſt.fac.poſſ.*

XLI.

Et hinc illud, ſi vel maximè teſtes poſt conditum Teſt. moriantur & decedant, quod tamen id Teſt. nocere non debeat, quo minus ſuſtineatur, *arg.*§.7.*Inſt.de Teſt.ordin.*

XLII.

Arcentur item à teſtamentario teſtimonio mulieres, non quidem ob ſexus imbecillitatem, ſed eam rationẽ, quã in Th.32. poſuimus. Ex quâ illud colligitur, in iis Teſt. teſtes illas eſſe poſſe, quæ non omnes habent ſolennitates, qualia ſunt codicilli, teſtamentum inter liberos, & ad pias cauſas, &c.

XLIII.

Præterea teſtes eſſe nequeunt, impubes, §.6.*In.de teſt. ordin.* furioſus, *l.*20.§.4 *ff.qui teſt.fac.poſ.* niſi eo tẽpore



Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-594019-p0011-1

quo remiſsionem habet, *d.l.20.§.4.* is cui bonis interdictum eſt, §.*6.Inſt.de teſt ord.* quia vilis eſt perſona ipſius: inteſte a. dignitas requiritur, *Paul.l.5.ſent.* item ob delictum publicum damnatus, *l.20.§.5.ff.qui teſt fac.poſſ.*

XLIV.

Nec filiusfamiliàs teſtis rectè adhibetur in Teſt.patris, §.*9.Inſt.de teſt.ord.* nec pater in teſtamento filii, de bonis caſtrenſibus, poſt miſſionem teſtantis, *d.§.9.* quia reprobatum eâ in re teſtimonium domeſticum. Ante miſsionem v. & in caſtris pater teſtis eſſe in filii teſtamento nõ prohibetur, *l.20.§.2.ff.qui t.f.p.*

XLV.

Legatariis & fideicommiſſariis, quia juris ſucceſſores non ſunt, teſtamentarium teſtimonium non eſt interdictum, niſi contingat, ut fiant univerſi juris ſucceſſores, puta, quoties inſtitutus aut ſubſtitutus adire recuſat, *Nov.1.c.1.§ 1.*

XLVI.

Teſtib. E. in hunc modum ritè collectis ſuam teſtator volũtatem coram illis declarabit, ubi tamen non neceſſarium, ut omnia capita teſtamenti exaudiant, ſed ſufficit exaudire teſtes, velle teſtatorem hanc ſuam eſſe ultimam voluntatem.

XLVII.

Quibus peractis, ſequi debet ipſorum teſtium factum, (& hoc eſt tertium atque ultimum ad ſcripturæ confirmationem requiſitum) quod in duobus conſiſtit, in ſubſcriptione & ſubſignatione.

XLVIII.

Utrumque teſtator petit à ſuis teſtibus, ſi tamen vel ipſe prior, vel alius, ejus loco & nomine (ſi literarum rudis ipſe eſt) ſubſcripſerit.

XLIX.

Rogati teſtes omnes ſuâ manu ſubſcribunt, quis & cujus teſtamentum ſignaverint, *l.pen.ff.qui teſt.fac poſſ.* adeò ut ſi quis ſignaverit omiſsâ ſubſcriptione, pro eo

habe-

haberetur, acſi non eſſet admiſſus, *l.22 § 4.ff.eod.titul.* Scribet tamen alienâ manu, qui ſuâ manu non poteſt, id eſt, alium, ut ſcribat ſuo nomine, rogitabit.

L.

Quin ita juncta ſunt ſignatio & ſubſcriptio, ut, ſicut illam ſine hac fruſtra eſſe, prior theſis habet, ita & hæc ſine illâ nihil efficiat; & fruſtra ſignaverit, qui id ſine additâ ſubſcriptione fecerit, *d.l.22.§.4.ff. qui teſt.fac.poſ.*

LI.

Signare a. utrum annulo tantùm quis poſſit, an alio ſigno quodam χαρακτῆρα habente, ſi quæratur, reſpondemus, non niſi annulo id fieri poſſe.

LII.

Sed pone jam, hæc omnia facta eſſe, nondum tamen proficiunt omnia, niſi & uno eodemque actu facta ſint, & nullo extraneo negotio factio teſtamenti interrupta, exceptâ naturæ neceſſitate, ſi quid illa forte intervalli poſtulet, *l.cum antiquitas C.de teſtamen.*

LIII.

Quapropter nec contractum in Teſt. celebrari poſſe ſtatuimus, ſi ex eo mens teſtatoris abdicari præſumatur, *arg.l.6.§ f.de duob.reis conſtit.* cum & veteres modicum intervallum Teſt. contrarium Teſt. viciare crediderint, *l.28.C. de Teſtam.*

LIV.

Et hactenus de Teſt. ſolenni ſcripto, nunc & paucis de non ſcripto ſive nuncupativo.

LV.

Abit autem nuncupativum Teſt. à ſcripto in his potiſſimum, quod non opus ſit ſcripturâ ad illud, ſed ſola ſufficiat nuncupatio. Ea tamen manifeſta eſſe debet, & talis quidem, ut à teſtibus poſſit exaudiri & intelligi, *l.21. ff. qui teſt.fac.poſſ.*

LVI.

Unde ea decidi poteſt Q. utrum peregrinus, linguæ teſtatoris ignarus, teſtis adhiberi poſſit in tali Teſt. nuncupa-

cupativo? Quod propter præmiſſa negatur, *l.21.§.per nũcupationem.C.de mil.teſt.* LVII.

Cæterùm idem requiritur numerus teſtium in nuncupativo, qui in ſcripto Teſt. eadem rogatio teſtium, eadem eorundem conditio, & unus etiam contextus cõtinuatus, *§.f.In.de teſt.ord.*

LVIII.

De teſtium qualitatibus & requiſitis non tacturi plura pro tempore, legatarios pro teſtibus in Teſt. nuncupativo, ita ut in ſcripto, agnoſcimus.

LIX.

Et hæ quidem conditiones, hæc requiſita ſunt Teſt. omnibus ſuis numeris abſoluti, à quâ perfectione propter probabiles circumſtantias, aliis Teſt. declinandi facultas data. LX.

Quæ autem ſic ſunt, ea propter ſolennitatum defectum minus ſolennia appellantur. Ejusmodi Teſt. parentum inter liberos, ejusmodi teſtamentum apud acta, & ſi quæ alia ſunt ad hanc faciẽ; ſed de his levi brachio.

LXI.

In Teſt. igitur illo, quod, inter liberos, parentes conficiunt, etſi omnes ordinationis ſolennitates remittant leges, de voluntate tamen planè conſtare volunt, ut ita defectus toleretur ſolennitatis, defectus autem voluntatis nequaquam admittatur, cum voluntas ipſa ſit teſtamentorum ſubſtantia.

LXII.

Cujus favore v. illud Teſt. nitatur, Dd. controvertũt: nos liberorum gratiâ id privilegii introductum eſſe ſtatuimus. LXIII.

Quod licet ita ſit, patrem tamen inæqualiter liberos inſtituere poſſe dicimus, ita ut uni majorem, alteri minorem portionem relinquere poſsit, ſi modò quisque legitimam habuerit.

LXIV.

Ex quo porrò illud in quæſtionem venit, an exheredare pater filium in tali Teſt. poſsit? Quod negamus.

LXV.

Ejusdem ferè farinæ eſt teſtamentum apud acta, quod, ex communi ſententia, ſine teſtibus confici poſſe aſſerimus.

LXVI.

De quo illud unum pro tempore monuiſſe ſufficiat, quod non ipſe tantùm teſtator, ſed & alius ipſius nomine, puta procurator, deponere illud in judicio poſsit.

LXVII.

His ita expoſitis bono jure ſubnectimus pauca de Teſtamento militari, quod nec ſolenne eſt, nec minus ſolenne, cum illud, quod abſque omni fit ſolennitate, minus ſolenne dici nequeat.

LXVIII.

Militare autem teſtamentum milites faciunt, ut milites, etiam ii, quibus jure communi teſtamenti factio ademta eſt, quod qualitercunque etiam confectum valet, *l. 1. de bon. poſſ. ex teſt. mil.* adeò etiam, ut nec heredis inſtitutio requiratur, ſed ſufficit, ſi modò de teſtatoris conſtet voluntate, eâque vel qualicunque ſcripturâ cõfirmatâ, *l. 15. C. de teſt. mil.* vel coram duobus teſtibus nũcupata, *l 12. de teſtib. c. 4. de R. J. in 6.* in quorum numero & fœmina eſſe poteſt, §. *planè Inſt. de Mil. Teſt.*

LXIX.

Conceſſum autem eſt hoc privilegii, illis ſolùm militibus, qui ſunt in caſtris, ſive expeditionis neceſsitate. Nam poſt dimiſsionem, & antequam in expeditione eſſe cœperint, adeoque quoties neceſsitas expeditionis ceſſat, jure militari non poſſunt facere Teſtamentum. §. *ſed hactenus. 3. Inſtitut. de Milit. Teſtamen.*

LXX.

Quod ſi quæratur, an & milites limitanei ſive ſtationarii, (die auff den Gräntzhäuſern ligen) hoc privilegio gaudeant? Nos negativè reſpondemus, niſi tamen aſſiduis hoſtium irruptionibus exagitentur.

LXXI.

Quapropter nec togatæ militiæ militibus jure militari teſtari permiſſum eſt.

## *QUÆSTIO.*

# An defenſio, adhibito moderamine inculpatæ tutelæ ſit, licita? Aff.

*MEO*

# MEO

## BRUNONI STISSERO, diſputanti publicè,

## M. BARVARDUS RHESUS.

SIc tibi, cum, geniale nemus, graderemur, ad Elmi,
Sic, cum Levcoridum viridaria Muſica, ſic cum
Et Semeles, iſthanc, puero, & ſine matre-puellæ
Electam pariter ſedem peteremus, amanti
Sic monitor tibi voce fui, ſequerere PARENTEM
Aonas in montes, ſequerere in celſa Themiſtos
Atria, & in cœlos, ubi ſeſsitat illa, ſupremos.

Cogita adhuc PATREM, STISSERÛM gnate, ſuperbum
Fac meditere decus, quod vis ſublimior, & quod
Ignea vis animi, cœlo properantis, in ipſâ,
Undique conſpicuum, peperit regione polorum.
Te quoque vincat amor, genij melioris alumne,
Te quoque vincat amor, te etiam, in ſublime, cupido
Gloriolæ porrecta vocet: patet aureus æthræ
Trames adhuc, urge rectum, toto impete, callem.

Per vigiles curas, per pulcra negocia, Famæ,

Scanditur

*Scanditur in lepidos colles, ubi grata brabeion*
*Mnemoſyne, & capiti æternos, minitatur, honores.*
*I nunc ſorte tua lætus, melioribus aude*
*Auguriis dare, pro ſanctâ, reſponſa, cathedrâ.*
*Pòſt erit illa dies, cum Res te Publica, cum te*
*Princeps & populus, lingvâ felice tonantem,*
*Suſpicient, laudemq; dabunt, & præmia ponent.*
*Illa dies oriare, diem hunc Rex prome dierum!*

II.

# SUO BRUNONI.

*SUnt queîs divitias cura eſt cumulaſſe caducas,*
*Sunt quos Mavortis claſsica dira juvant.*
*Sunt quos exhilarat ſaltus luſtrare ferarum,*
*Et quos inſani pocla meraca meri.*
*At tibi, BRUNO, ſacri ſpatioſa volumina juris*
*Verſare aſsiduâ, cura laborq;, manu.*
*Pergito preſſa ſequi Magni veſtigia PATRIS,*
*Ut fias patrii lux quoque magna ſoli.*

Daniel Scheffer,
Halâ-Saxo.

*FINIS.*

53379

ULB Halle 3
004 835 093

VD17

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-594019-p0019-9

... horribilem qui n̄ sentit et n̄ do
let quia alio recipit n̄ inmutatoz in
intellectus dolo... ciera pena ꝫ exhibet in
mutatiōe/ sic g° ut aīa q̄iuncta coꝛ re
dolz ex eo q̄ ꝓ sensū applicat ad ignē cū
aliis an q̄ b͞ꝫ ꝑ pur sentit n̄ inmutetur
coꝛ͞ꝫ n̄ realiter sꝫ ī tūt et siltu/ sic et
aīa separata ꝑ intellm̄ applicata ad ignē
et ꝑ hoc uere cruciat et dolz/ Aduertenᵈ tn̄
q̄ ut diximus licꝫ intellc̄ tantū aīe separate
dāpnate q̄ spc̄ malignū inhs fugatur
uicē aliis q̄ uc pt cruciari ab igne ꝑ
inmutatōm v̄tute diua factam i mte
/ n̄ m̄ exhibet sit q̄ itelles sic aliis / et q̄ n̄ reci
piat alīi intellc̄ hᵒ siltes q̄ aliis / sufficit
ei q̄ inls recipiat il q̄ sic cruciet aīa ab
igne ꝑ inmutatōm factam ī illū/ n̄ tn̄ oꝫ q̄ spc̄
malignus ꝑ sit cōiunctus igni coꝛ͞ li infin
adls q̄ patiatur hᵒ penas/ n̄ ꝫ necn̄ q̄ de
sꝫ portet ignē infin secū/ qꝫ potiꝰ ꝫ de
us siltem inmutatōz i talem et aliaz pe
nam hoꝛle causare in spū maligno s͞n ig
ne q̄ ext cū igne/ innu g° dictū sic q̄
pena et doloz sit i nobis dū uiuimus sic in
aīa separata sit in spū maligno aū ꝫ ex inmu
tatōe coꝛli reali/ sꝫ mg̅ intiali et siltudi
naria/ et qꝫ ire ad infinitū ꝫ ire ad loc pena
lem/ id dantꝫ q̄ inferis mg̅ dt siltᵉˢ coꝛliū
fīn q̄ modū inmutari pt aīa separata/ quā
dicat q̄ coꝛle scdm q̄ modū ... tam n̄
pt ut q̄ infrigidet ul calefiat/ q̄ si sic et
tn̄ poss calefi q̄ adulti fiet ignis q̄ ꝫ
oīo absurdū/ e. n. di̅ gñr noᵉ ac plenā
intelliam deoꝝ augm̄ ut possuᵒ ad apta
re uba sua ad nrm̄ ꝑpositū q̄ sic aīa exns
in infno duplicē passionē hꝫ ul dupli dolꝫ
ꝑ qꝫ ibi incarcerata/ fo q̄ sic n̄ incarcerata
cruciat/ sic e. n. coꝛᵈ ꝫ in loco ꝑ mīura e
sic spc̄ ꝫ in loco ꝑ intellis applicōm/ et sic in me
ho coꝛli uiuet sine libtati relictus pot
se c̄tinuare iste loco n̄c illi ꝑ ... arbitriꝫ
libtate/ sꝫ si poneret incarce h̄at libtatem
ꝑdit ut n̄ nisi cto loco possit se c̄tinuare
/ sic spc̄ sine n̄e derelictus pt applicare uir

... ligni tminet ...
q̄ n̄ posset ut ...
corpus dicent ...
uid uenisti ad ...
aīe dāpnate ꝫ ...
cata cogit ui...
ut ad ignē i...
suo ꝑ illū ignē ...
inmutatōe uis ...
capiat infini ꝑ ...
le ignis sit q̄ d ...
coꝛlis locus ald ...
nuatur ut dicat ...
modus exndi n ...
/ nam si di infinu ...
ter aīe / aīa sꝫ ...
lic uidꝫ pmis ...
plicōm / uni ang ...
/ aīe exuta aco ...
rē aliquo coꝛꝑul ...
factus pena lo ...
i aīa n̄ dt eē q ...
anima n̄ inmute ...
calef ac/ sꝫ aliq ...
utute diua ex ...
cruciat et affliq ...
augustinus/ q̄ ...
ad loca coꝛlia ...
dāpnata/ nā ...
ꝑt dt eē inpa ...
/ aliq̄ intellin ...
angli bn̄ et adq ...
coꝛlis sꝫ n̄ dt eē ...
lo empireo/ sꝫ q ...
ꝑadisus aīe ꝫ ...
optic ꝫ sibi/ sic ...
multitudo coꝛls ...
excellitas oibus ...
Volente ...
q̄m ...
et ꝑ sit ...
feruntur ꝑ sita ...
iozem ueluti de ...
dāpnatoꝝ diten ...

Quod & bene vertat Omnipotens,

DISPUTATIONEM JURIDICAM,

DE

# TESTAMENTIS ORDINANDIS,

Approbante Ampliſsimo, in Inclytâ Salanâ, ordine JCtorum,

SUB PRÆSIDIO

*Viri Clariſsimi & Excellentiſsimi*

DN. ERASMI UNGEPAUR J. U. D.

Públici exercitij gratia proponit

BRUNO Stiſſer Hala-Saxo.

*Ad D. IIX. Cal. April. in Audit. JCtorum.*

JENÆ

Imprimebat Johannes Weidner.

---

ANNO CIƆ IƆC XIV.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-594019-p0021-6